

clio Imperatori, ut meritis Davidicum illud ipsi fuerint occidendum: Umbrastrati super caput meum in die belli: cum enim Heraclius ad Sarum annem pervenisset, Sarbaras Barbarus Perfarum Dux à Coddio missus contra Romanos, ponte ex funibus, & lana contexto Euphratem transiit, Romanosque insequitur. Imperator Saro transmissio, exercitum quiete relaxat. Venit & Barbarus ad alteram fluminis partem: cumque cerneret amnem, pontem, & propugnacula in eo à Romanis occupata, castra posuit. Romani portò incomposito agmine per pontem excurrentes multos Perfas interfecerunt nequequam Imperatori obtemperantes, ne ita sine ordine evagarentur, atque insidiis hostium se exponerent. Itaque non multo post à Perfis per insidias circumventi pœnas fuis consumaciz, & temeritatis dederunt. Ipse tunc Imper. fuis in periculo constitutus opem tulit, ac quemdam giganti similem in medio pontis secum congressum ferit, inque profluentem deturbavit. Cujus casu reliqui etiam barbari terri, cum fugam facerent, obfistente ponti angustia, alii in amnem, alii gladiis intersecti sunt. Imp. paucis stipatus sic pugnam obiit fortitudine, quam pro hominis natura majore, adeo quidem, ut Barbarus admiratione percussus euidam Cosmæ dixerit: Videtne, ô Cosma, Cæsarem (agnoscebatur enim insignibus Imperatoris) quanta is audacia prælium subit, solusque contra tantam multitudinem certat? Nox superveniens prælium diremit. Barbarus autem sibi metuens retrò abiit. *Theopb. ann. 13. Heraclii, & Cedren. in compend. Baron. 8. ann. 624. l. 2. 3. P. 101. 130.*

RUDISLAUS Gurimentis Princeps, Missibogii filius, per injuriam invaserat Bohemiam fines, coactus fuis tandem optimus Venceslaus Bohemorum Rex militem collegit. Cum jam dimicaturæ essentiacie. Sialiter, exclamat Venceslaus, nisi prælio res componi nequit, cur non potius sine insontium sanguine, ipsi inter nos singulari certamine decernimus? Nulla fit mora. Loriculam super cilicium vestem indutus parvum ensculo Siculo succinctus Venceslaus in arenam prodit; at Radislaus cataphractus, hastatusque cum ingenti machera se infert. Venceslaus signo crucis frontem pingens subito Angelos vidit, atque hanc vocem, velut ab homine promptam, audit: Ne feri. Et repente Radislaus humi prostratus veniam audacia poposcit, seque potestati victoris permittit, alievans prostratum Venceslaus monuit, data venia, & dignitate ei restituta, ut contumaciam in obsequium debitum verteret, ne post gravius ab irato numine plecteretur. *Joan. Durbavus lib. 4. biff. Babem.*

Quando miraculo Deus non favet alteri parti, fieri solet, ut vel maneat res dubia. Sic accidit in pugna duorum Hispanorum nobilitum tempore Alonfi Regis, qui fuit Petri Regis Castellæ pater. Hisiure Ruy Patz de Viedma, & Pay Rodriguez de Ayala; ille hunc conditionis accusavit; hic illum sceleris gravius vicium recriminatione, pulsavit. Cum ventum esset ad duellum, tribus continuis diebus ab ortu solis ad occasum pugnarunt, multisque se vulneribus affecerunt, & dubia prolix, nec in unum, alterumve inclinante victoria, utrumque Rex innocenter pronuntiavit, & aequali virtute præditos amicos esse voluit; asserens eos animositate potius, quam veritate sese mutuò criminis apud Regem accusasse. *Ex Pet. Mexia Sylva, var. led. part. 2. cap. 10. Mart. Delrio Tom. 2. Disq. magic. l. 4. c. 4. 4.*

Quomodo autem anno 1325. vindicata sit impietas cuiusdam Judæi baptizati, adversus imaginem Deiparæ Virginis adremita, in monasterio Cambronensi in Comitatu Hannoniæ haud procul ab Atho, requirit lector in loco de B. Mariæ Virgine, Tit. 5. Imagines Deiparæ ab impietate vindicate. Ibi enim reperiet, quo pacto senex quidam, divina inspiratione excitatus, Judæum illum juvenem adhuc, & robustum, ad monomachiam provocavit, cujus eventus de injuria imagini illata judicaret. Siquidem à sene illo in duello superatus, sceleris accusatus, convictus, & condemnatus Judæus, in meritum crucem actus fuit.

EXEMPLA RECENTIORA ADMODUM MEMORABILIA.

Memoria dignum est singulare certamen, quod Parisiis regnante Car. IV. Inter duos Procetes, Jaquetum Grifum, & Joannem Carongium accidit. Causa erat adulterium à Jaqueto cum uxore Carongii admiffum, dum is peregrinationis causa abest. Itaque detecto scelere reduci marito ab uxore stuprum invita passa, ad ducent Alenconium, cui uterque familiaris erat, scelus delatum, petitque inju-

riam passus maritus aut adulterum puniri, aut in singulare certamen descendendo pugnae sortem experiri. Consulitur E desuper Senatus Regius, disique certamini præfigitur, & Carolo Rege spectante certamen initur, uxore, quo advennerat, Joannis adulterium patratum testante, & maritum in adulterum excitante. Itaque irruunt utrimque Carongius equestri congressu in femore fauciatur, nec idò segnior factus equo desiliit, adulterum prostravit, & trucidat. Eumque victorem Rex mille Francis, & annuo ducentorum Francorum honorario donat. *Gaganius hist. Franc. l. 9.*

Aliud à Ferrono l. 1. de gest. Franc. memoratur duellum Gallici, & Itali sub Carolo VII. quod initium fumpfit à dicerio, quo Gallus, utpote parvo corpore, ab Italo, qui majore erat mole, Nanus fuerat appellatus, retorferat enim ille; At hic Nanus Herculi clavam extorquebit. Igitur spectante Rege ad locum certaminis coeunt, pugnam gladiis in-eunt magno, alacrique animo, dumque neuter cedere paratus; tandem impado per viscera gladio transigitur Italus, & in vicinum tentorium delatus fuit. Victori Rex aureos quingentos donavit.

His adjungere visum, singulare certamen, quod in diuturna obsidione Florentina accidit, idque ita à Paulo Jovio describitur. Nec multos post dies, inquit, ab insigni, generosoque certamine Florentinorum quatuor juvenum inexpectata celebritatis spectaculum est editum, cum Ludov. Martellus inter civis nobilitate insignis, ac corporis, & animi vigore florentissimus, Joan. Bandinium, pari virum, ac ingeni torore præstantem, quod in castris supra hostes effert, ex provocatorio libello hostem communis patriæ compellat, propterea eum ad singulare certamen devocavit in arenam, ut ibi Marte Judice utriusque honorationem causam tueretur, ostenderet, Conditionem non abnuit Bandinus, dixitque ei, si Martellus sibi adficeret in eam dimicationem socium, et si eparem iidem instructum armis in stadium producerem, atque ita Martellus Dantem Castellionem præferoerem ex tota juventute vitum delegit, cui à Bandino oppositus est Albertinus Aldebrandus, vix dum pubescens, immoderati spiritus juvenis. Aurantius juxta castra locum eis fuis publica fide funibus circumseptum, triumque gentium præsidio vallatum certandis præbuit, cum pari numero à Germanis, Hispanisque, & Italis delectæ cohortes pugnantibus simul, & spectantes, ab omni injuria defenderent. Arma fuere singulis viri militares gladii, neque aliud regumentum, præter unam in dextris ex lorica ferrea chirothecam. Dantes cui forte ducta par Aldobrandus obvennerat, quamquam circa brachii dextri nervos, primo congressu grave vulnus accepisset, hostem in se infanso procurfurum, ea impavidi animi firmitate sustinuit, ut ambabus manibus gladium prætendens, in os incumbentis inderat, eumque evomente cum sanguine animam extemplo confeceret. Contrario eventu pugnavit Bandinus. Nam alterante fortuna, Martellio supra oculos vulnus infixerat, admirabilique judicio, & gladiatorie artis peritia, hostem eludens, adacto supra costas gladii mucrone, victum, & dedimus fateri coegerat. Sed Martellium relictum intra urbem, usque adeo gravis ex adversa forte certaminis occupavit dolor, ut angore potius animi, quam vulnerum dolore, mortem accersisse crederetur. Id certamen sicuti eximiam virilis constantiæ laudem Bandino peperit, ita Danti par ferè decus atulisse videbatur, quamquam ille detractis spoliis, planèque integer, & omnis expertis vulneris gloriofus, victorie suæ trophæum præferret, & spectatores præclarum totius belli omen acciperet, quod victis pariter, atque victoribus non omnino laudem finem futurum arbitarentur. *Hee Jovius.*

In historia Veneta Bembi, Justiniani, & aliis, recensetur egregium, & generosum certamen, vel monomachia inter comitem Joannem Sonnebergium, ex prosapia Druchestianorum Vvalburgensium nobilissima ortum, & Antonium Mariam Italum, in bello illo, quod Sigismundus Archiduce Austriae cum Venetis, regnante Augustino Barbarigo duce Veneto, gessit, quo lanè diversè à diversis recensetur, prout quisque erga alterutram partem favore, vel odio affectus fuit. Rem autem inter duos illos duello certantes sicut in Genealogia vernacula lingua generosè prosapia Druchestianæ Vvalburgis stirpis relata est, recensebo. Anno post natum Christum 1460. cum Sigismundus Austriae numerolos exercitus, & auxiliarios copias, Elektorum & principum imperii, Venetis bellum inferret, & Roveretum ad Athesim obsideret: Econtrario, Venetorum exercitus in subsidium oppidi veniret, accidit, dum uterque exercitus non procul inter se castra haberent, ut Antonius Maria

Ruperti

Roberti Mariæ Sonnebergensis copiarum Venetorum ducis filius, Italus, voce militari provocaret Germanos, si unus ex illis, duello fessum fortitudinis ergo, utra gens bello præstantior esset, dimicare vellet? Accepit hanc conditionem Joannes Comes Sonnebergus, sicut paulo ante indicavimus; ex gente Dapiferorum Vvalburgensium. Convenit itaque est, ut victor mille Florenis, & equum, arma vitæ, trophæi loco lucraretur. Locum autem certaminis in Ripa Athesim, intra duo castra medius destinatus est, additis campi custodibus, quos Gifwerthel vocant, univocis parti quatuor viris militaribus: addita pecora suspendii, si quis alius præter octo illos, vel verbo, nutu, aliove signo, indicium daret. Huc accessit pactum, uter ex pugnantibus, nomen Sanctæ Catharinæ exclamaret, ut is pro victo haberetur, & tunc deum custodes illi destinati, potestatem haberent, succumbenti subveniendi, atque pecuniam, equum, atque arma victori tradere tenerent. Equites ergo armati ambo introgressi carceres, & septa ad pugnam parata, mox hastis infensis concurrerunt. Aberravit Sonnebergus; Antonius Maria vero in pectore ejus culpidem hastæ, absque alia latione fregit, cujus equus infrenis concitato cursu carceribus impedit, & cum eo hoc impetu extra eos, corruit, qui tamen hoc casu imperterritus, mox asturgens, licet ex equite pedes, intro rursus se recipi; cui Sonnebergus stricto gladio in equo occurrit, & econtra Mariam obvium cum suo gladio habuit. Dum igitur impari pugna eques, cum pedite, paribus tamen armis fortiter pugnant, & Sonnebergii equus fere attolleret, & retrocedens congressum veluti æquosque ferret, singulari agilitate ex arte gladiatoria Maria Sonnebergio gladium eripuit. Is erat ex eo genere, quibus punctum utimus, & Zraipies, vel vulgè Zraipies vocatur; præter opinionem Sonnebergio hoc accidit, qui se tamen idè non deseruit, sed converso equo de illo desiliit. Interea Maria tam suum, quam hostis gladium in terram desiguit, experiri volens, utriusque lamine firmior, & aptior ad inserendos ictus esset; mox abiecit suo, hostis sui retinuit, eoque fretus fortiter in illum irruit. Cui non cessit Sonnebergus, sed clava, & pugione se defendit. Cum vero illam abiecerit, Germanicus exercitus metu hoc fieri timens, admodum exhorruit. At Sonnebergius aliquot ictibus hostis gladii pugione excussis, utque à gladio minus periculi esset, propius ad illum accedens, C

luctum cum suo adversario cepit, qui abiecit gladio cum amplexum magna vi prostrerem conatur. Sed viriliter à Comite restituit, donec ambo lassii, luctando simul corruunt, ita ut Maria collum ejus ducto suo brachio teneret, ille vero jaecentem sinistro femore sub se premeret. Resumptis deinde ex lucta paulisper viribus, Sonnebergius sinistra manu dissimulante explorans, an luctator suus circa nates aliquot modo extantes lorica armatus esset: quam detegere possit: id sentiens pugione à tergo ex dextra in sinistra translato, sublata lorica hostis sui, eum in natis vulnerare cepit, qui ab illa parte corporis nudus, sentiens ictus ingeminari, absque mora Catharinæ nomen proclamavit, quod ut diximus, erat signum deditiois. Audito hoc, ejus custodes quatuor, accurrunt, & Mariam prostratum, & vulneratum erigunt, atque subtrahunt ex pugna, ne occideretur. Hic fuit monomachie finis, ex qua Germanicæ nationis laus, & honor admodum aucta, & hostibus formidabilior facta fuit.

Describitur à Ponto Heustero Delphia memorabilis monomachia duorum Hispanorum hoc modo. Anno M. D. XXII. secund. Calend. Januarii, duo viri nobiles Valledolei, præfente Cæsare, administrante Castellæ Conestabili, in foro armati, singulari pugna, parva de causa orta controversia certavere: cujus rei historiam, ac ceremonias hic ad verbum inferere lubuit, ut eam vir nobilis Belgæ eo tempore, cum Cæsare in Hispaniam profectus, ex certaminis præfens, lingua Francica exactissime descripsit, ut ejus rei consuetudinem, quæ tum apud Castellanos vigeat, lector dicat, ac non injucunda digressionem animus nova reigrata narratione recreet. Nobilissimos adolecentes duos, vigesimum quintum ætatis annum singuli nondum egressi, orti, natiq. Cæsare August. (nunc Saragoſſa) clarissæ Hispaniæ familiis, majorum nuptiis inserti, diu inter se animorum, studiorumque conjunctione amici, tandem controversia ex alæ usu nata, eodè tempore, ut de vita, singulari certamine pugnaturi, horam, locumque extra urbem, nemine conficio, constituerent, uni nomen erat Petrus Torellius, alteri Hietonymus Anca. Pro-

L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

deunt ad constitutum locum, gladio tantum, ac cappa (togæ Hispanicæ brevioris speciei est) ut erat conventum, instructi. Congrediantur, ac post aliquot hinc inde acceptos illatosque punctum, cæsumque sine vulnere ictus, Torellio manu gladius excutitur. Quid faceret intermis, armatum adversarium contra se insurgentem, mortemque intentantem cernens: concedit Anca hæc lege victoriam victum se fassus, ne ulli mortalium, quæ gesta erant, aperiret, sed res perpetuo silentio sepulta maneret: malle enim se mori, quam cum ignominia vivere. Promittit per sanctè silentium Anca: repositisque in vaginis gladiis, seque mutuo amplexi, amici ad urbem, domumque revertuntur. Post aliquot dies actæ rei historia in omnium versatur ore, nil aliud in urbe garruli, garrulæque narrabant. Accusat Torellius Ancam violatæ fidei. Negat se auctore in publicum emanasse, sed proximi pagi factorum ministrum (pastores, ac curatores vocant Christiani) in propinquo deambulante, pascentieque pecora sua insipientem, pugnam ejusque eventum conspexisse, ac hominibus narrasse. Examinatur sacerdos ruralis. Non satis fidei constat, ac plus, quam decebat, Anca se deditum, addiditque demonstrat, reicit hæc de causa ejus testimonium Torellii, persiluitque in accusando Anca, quæ date diei transgressionem viro nobili indignam exhibeat. Illi alter rem se habere asserens, in eo obstatem præstat; cumque aliter veritatem probare non possent, singulari certaminis indicio rem committunt, oblatoque Cæsari supplici libello, petunt pro regni Arragonici, ac Castellani more, utriusque petitioni subscribere, locum, diemque certamini statueret dignetur. Cæsar eos ad Castellæ Conestabilem reiecit, quod ad eum hujusmodi rerum spectet judicium. Conestabilis omni ratione eos à pugna deterreret conatus, cum nil proficeret, neque secundum leges eis locum denegare possent, petitioni consentit, diemque se sistendi Valleſoletano vigesimum nonum Decembris illius anni statuit. Præparatur in foro Valleſoletano locus quinquaginta in longitudine, ac triginta sex in latitudine passuum, periculis acuminatis duplici ordine in terram desinis, ac trabalibus transversis munitionibus inter se conjunctis, primæ interioris ordinis periculis quibus pedibus terra extabant, exterioris ordinis sex, etratque inter hos ordines intervallum octodecim pedum, in cujus medio (longitudinem areæ æstimando) invicem ex appposito duæ erant ligno erectæ scenæ. Si latitudinem areæ spectes, una ab ejus dextra, altera à sinistra ejus parte posita conspicietur. In medio utriusque scenæ sublimis flabat sedes auro intrata panno, ac umbella auro protecta; scenæ senicis tapetibus superbe erant tectæ. Una enim Cæsari, altera Conestabili erat parata. Ab altera altera parte minores scenæ modestius instructæ, paratæque propinquas, ac affinis arum, quierant congressuri, stabant. Ad latera scenarum duo erant tentoria, in quibus pugiles se erant armaturi. Areæ fices arena, ac sabulo contra lapsum erant tecti. Hora diei undecima erat constituta.

Primum omnium Cæsar adveniens suam ascendit scenam, dataque est ei virgula deaurata, qua in terram projecta, pugna dirimebatur, præcedebant advenientem Cæsarem viri nobiles, tum legati equi Castrensés. Latera cingebant corporis custodes; ponè sequebantur Tibicines, ac Tympanistæ, paulò post venit & Conestabilis vir sexagenario major, sed corpore, animoque vegetus, oris, vultusque gravitate dignitatem, quam fultinebat, referens. Indutus erat toga talari aurea, insidebatque equo Hispanico, qui sumptuosissime ex auro, sericoque erat intratus; similique ratione exornati erant quatuordecim viri nobiles, ejus equum pedibus præcedentes. Sequebantur Amanentes sex in equis vestri holoserico lutei coloris, equis feris panno (quod satium vocant) cerulei coloris intratis. Præferebatur ei, ut Regis legato, gladius vagina conditus ob Regis præsentiam. Sequebatur ensiferum armiger, veste gentilitia ejus arma habens. Cum in aream Conestabilis venisset, ad Cæsaris scenam accedens cum inclinato corpore honorans salutat, tum scenam suam ascendit, ac in sede confidet. Pedestres, equitresque Cæsaris corporis custodes aream circumdantes intra pericurarum ordines stabant, neminiq. præterque hic aditus patebat. Tum prodit Torellius pugnae provocator, comitatus legato Castrensi instructore (Patrum vocant) Ammirale Castellæ Duce Vejare, Alburquerquei, ac multis aliis viris illustribus. Indutus erat veste brevioris texta ex auro, & serico, Yyy 2 Martium-

Fuere & Ducenarii Procuratores, qui per Provincias colligebant publicis redditibus decena stipendia pro salario accipiebant. De quibus *Suet. in Claud. c. 24.* Eos primum Augusti instituit, ut *Diod. l. 53.* quos ait, a numero pecunia quam nomine stipendii accipiebant, vocatos. Alii, inquit, fuere in quarta judicium centuria Ducenarium appellat procuratorem qui ducentissimum ex auctionibus exigebat, uti consentient Turnebus, & Alciatus. Hinc Decena vocabatur dignitas eorum, qui illud munus præstabant, aut deserebant. Erat etiam Decuria judicium Ducenarium. *Suet. in Aug. c. 32.* Ad tres judicium decurias, quartam addidit ex inferiori censu, quæ Ducenarium vocabatur, judicaretur de levioribus.

DE DUCIBUS, SIVE MILITUM, ET Exercituum Præfectis.

EXEMPLA, & APOPHTHEGMATA.

Cum Argivi post illam trecentorum pugnam, rursus essent prælio superati, focii Polydorum adhortabantur, ne cum opportunitate præteriret, sed hostium muros aggrediretur, B & civitatem eorum occuparet, quod facillimum fore dicebant, quod viris occisis, superessent dumtaxat mulieres. At ille. Mihi inquit, pari Martis alea hostes devincere honestum est. Ceterum cum pro agris pugnaverimus, urbem vellem capere non arbitror esse justum. Turpe insuper bellare cum his, quibus paria ad bellum præsidia desunt, cum talis victoria potius habeat crudelitatis crimen, quam virtutis laudem. *Plut. in Lacon.*

AGESILAUS percontatus, quid ducem belli præcipue exornaret? Respondit, adversus hostes audacia, & in oblata opportunitate ratio, & consilium. *Stob. ser. 52.*

LYSIMACHUS dicere solebat, Imperatores, vel belli Duces nulla venia dignos esse, qui in bello errarent, ubi, si quid offendantur perpetrant, temeritate, vel incertia, emendari non potest. *Alex. ab Alex. l. 2. c. 13. Genial. diuerm.*

IPHICRATES oratori cuidam pro concione hunc in modum ipsum interroganti: Quis es, ut tam sublimis geras spiritus? num eques, aut sagittarius, aut scutatus, aut pedes? nihil horum, inquit, sed qui his omnibus imperare didici. Sentiens, pulcrus esse, bonum præfere Ducem, quam quemvis militem. *Plut. in Apoph.*

CHABRIAS frequenter dicere solebat, eos demum Ducis munere quam optime fungi, qui res hostium quam maxime cognitas, & perfectas haberent. *Plut. in Apoph.*

PAUSANIAS Plitonaæ filius percontanti, quo pacto possent debellari Thracæ? Si, inquit, vir optimus est, cum belli Ducem delegerimus. Admonens, plurimum ad victoriam momenti esse in Imperatore. Quemadmodum in omni negotio magni referunt, quales sint, quibus gerenda rei creditur auctoritas. *Plut.*

Percontanti cur Tyræum poetam Spartæ civem fecisset? Ne quis, inquit Pausanias, externus nobis Dux fuisse videatur. Postea apud Lacedæmonios non erant in pretio, nec hoc nomine Tyræus meruit apud illos honorem: sed quoniam strenuum Ducem in bello præfiterat, putarunt eam laudem patriæ vindicandam. *Plut. in Lacon.*

SEKTORIOS, cum Pompeii milites variè dispersos superasset, multis occisis, audissetque adventare Metellum senem cum aliis copiis, diremit prælium, revocatisque suis dixit. Ego puerum hunc, nisi supervenisset anus illa, verberibus castigatum, domum remissem. Unde liquet, quantum Ducis senes experientia rerum edocti, junioribus, & rerum imperitis sint antependendi. *Plut. in Sertorii vita.*

CHABRIAS, illud frequenter dicere solebat, formidabilior esse cervorum exercitum Duce Leone, quam Leonum Duce cervo. Sentiens, totam belli fortunam pendere à virtute, & prudentia Ducis. *Plut. in Apoph.*

IPHICRATES, quod fuere patre natus existimaretur, erat contemptus, ac tum primum famam sibi paravit, postquam ipse laucius, hostem unum cum armis correptum, vivum in trinemem deportavit. Is cum in amicorum, ac sociorum agris haberet exercitum, ac nihilominus, & vallum jaceret, & fossam foderet accuratè, cuidam dicenti. Quid metuis? ait. Pessimam esse Ducis vocem. Haudquaquam putaram. Significans in tranquillissimis rebus interdum existere periculum, quod nullus expectasset, hoc Latini transferunt ad Scipionem Africanam. *Plut. in Græc. Apoph.*

TIMOTHEUS, cum oratores Tharetem commendarent à mo-

le, & proceritate corporis, censentes talem creati debere Atheniensium Ducem: Non Ducem, inquit Timotheus, E sed qui Duci suas stragulas portet. Dux autem esto, qui tum es quæ ante ipsum, tum quæ à tergo sunt, prospiciat. Existimabat vir prudentissimus, Ducis virtutes non corporis proceritate, sed potius in animi magnitudine, solertia, & prudentia positas esse. *Plut. in Apoph. & Stob. serm. de Imper. Græc.*

PHILIPPUS, cum in exercitu multo tempore dormisset, expetrectus: Tutò, inquit dormivi. Vigilavit enim Antipater. Subindicans, non esse regium indulgere somno, præsertim in bello: sed tamen hoc interdum absque periculo fieri, si Rex habeat fidum, ac vigilantem præsidium. Ita cum laude amici suam excusavit somnolesiam. *Plut. in Apoph.*

Numantini cum à Scipione in fugam essent versi, à senioribus castigati, quia quos toties fugassent, fugerent. Quendam è junioribus dixisse ferunt, peccata quidem etiamnum eadem sunt, sed mutatus est pastor. *Plut. in Apoph.*

C. FABRICIUS, cum audisset Romanos à Pyrrho devictos, ad Labienum versus: Pyrrhus, inquit, non Epirotæ vicerunt Romanos. Sentiens, unus ducis ingenio victoriam acceptam ferri oportere, non virtuti militum. Hoc pacto Romani nominis ingnomiam elevavit, qui cum Epirotis essent virtute superiores hoc solo erant inferiores, quod non haberent Ducem Pyrrho similem. *Plutarch. in Rom. Apoph.*

JULIUS CÆSAR, iustus in Afranium, se redixit in exercitum sine duce: in Pompejum verò, ad Ducem sine exercitu. *Brut. l. 3. c. 33.*

DEMADES, vita defuncto Alexandro, dixit, se videre exercitum Macedonum, principe orbatum, Cyclopi similem: sentiens turbam militum, nisi adfit Dux cordatus, ac vigilans, nulli esse usum. Quemadmodum Polyphemus adempto oculo frustra vastum corpus, ac vires habeat immanes. *Eras. l. 6. Apoph. ex Plut.*

EPAMINONDAS, conspecto magno exercitu, qui bono, & prudente Imperatore carebat: Quanta bellua, dixit, absque capite. *Stob. serm. 54.*

Idem, in novissima pugna, apud Mantineum faucibus, delatusque in tentorium, vocavit ad se Diophantum, postquam illum solidam: at ubi audivit, eos viros interisse, iussit omitti bellum cum hostibus, quandoquidem jam exercitus G Duces non haberet, ac verbis ipsa res testimonium præbuit, quod Epaminondas vera dixisse. *Plut. in Apoph.*

AGIS vicerat Argivos prælio, qui post redintegratis viribus rursus ferociores illi occurrerant. Agis itaque conspicatus multos è focis turbati: sitis, inquit, bono animo, viri: cum enim nos, qui vicimus, trepidamus, quid facere censeatis eos, qui à nobis victi sunt? Eo dicto Ducis solertia protinus reddidit animum suis. *Plut. in Lacon. Apoph.*

LYSANDER, cum ad Corinthiorum qui defecerant, muros pervenisset, videns Lacedæmonios conantes aggredi, ac forte accidisset, ut lepus conspiceretur excitatus transilire fossam: Non pudet, inquit, à Spartani hujusmodi formidare hostes, quorum mentibus ob ipsorum ignaviam lepores indormiunt. Casum fortuitum solertia Ducis torfit ad animum addendum militibus. *Plut. in Lacon.*

BRASIDAS, egressus ad bellum, hunc in modum scripsit Ephoris. Quicquid malorum erit in bello, aut proligabo, aut moriar, testatus animum fortissimum Duce dignum. Nam eventus hominis non in manu. *Eras. in Apoph.*

EPAMINONDAS, cum copias admovent castris hostium, tonitru factu militibus percontantibus, quid putaret portendere Deum? Antonios, inquit, esse hostes, quod cum tales agros haberent in propinquo, in talibus castra metarentur. Solertia Ducis non solum errorem exemit animis militum, verum etiam commoda interpretatione addidit alacritatem. *Plut. in Græc. Apoph.*

IPHICRATES, exercitum constituendum esse dicebat, cum unum corpus: ita ut loco thoracis plangem habeat, manum socios, pedum equos, capitis autem hominum optimum Ducem, & Imperatorem. *Stob. serm. 52.*

ALEXANDER, Si quando in colloquio, aut convivio incidisset contentio de carminibus Homeris, alii alia præferentibus, hoc ferè prædicavit Alexander, quod scriptum est. *l. iad. 7.*

Dux bonus, atque idem validus pugnat in armis. *Plut. in vita Alexandri.*

Idem

XLVIII. MONITA HISTORICA, PRO DUCIBUS.

1 Dux militum suorum nomina teneat, Cyri regis exemplo. *Xenophon. l. 5. de Instit. Cyri.*

2 Quis ad gubernacula sedeat, summa cura providendum est. *Libani. dec. 3. c. 4.*

3 Difficillimum est in primis, & prælio strenuum esse, & bonum consilio. *Sallust. de bello Jugurth.*

4 Nihil in bello majus, aut mirari magis potui, quam quod Imperatori nunquam adeo ulla opportuna visa est victoria occasio, quam damno amissi pensaret militis. *Vellei. Patere. libro 2.*

5 Semper duci visum est gloriosum, quod esset tutissimum, & ante conscientiam, quam famæ consilium. *Idem ibi.*

6 Nunquam ducis iudicio exercitus, sed exercitus providentia ducis rectus est. *Ibid.*

7 Imperator optimus eorum, quæ agit iudex: utilia speciosius præferens, non quæ utique probantur, sed quæ probanda sunt, sequitur. *Ibid.*

8 Dux ad monitione frequentiter utitur, & castigatione vindicta rarissima, atque medium plurima dissimulantis, aliqua F inhibentis. *Ibid.*

9 Ratio, & consilium sunt propriæ ducis artes. *Tac. hist. libro 3.*

10 Nihil tam pulchrum, tamque posteritatis memoriz iusta ratione mandandum, quam ut miles strenuè factis, ductor prudenter consultis consulat. *Ann. Marcell. l. 17.*

11 Imperatori salus propria, cum semper ad severitatem omnium, tum maxime in bello conservanda est. *Aurel. Viator. histor. August.*

12 Dux optimus ille profecto putandus, qui ex bello pacem disponere sit aptus. *Procop. de bello Pers. l. 1.*

13 Jucundissimum est spectaculum dux in oculis militum eodem pane vescens, aut vili thoro quiescens, aut in fossa, vel aggeri faciendi operam communem præstans. *Plut. in Mario.*

14 Bonis, & omnibus numeris absolute Ducis officium est suam gloriam post civium famam probare. *Idem ibi.*

15 Ducis summa laus est, ut vel salvus vincat, vel virtute vitam finiens occumbat: sic enim non passus aliquid, sed egisse moriendo existimatur. *Plut. in Pelop. & Marcelli compar.*

16 Illud ducis præcipuum opus est, ut milites benevolentia obstrictos, dicto obedientem habeat. *Idem in comparat. Cimonis, & Luculli.*

17 PLATONIUS bonum ducem nihil efficere posse perhibenti, nisi eodem modo affectum, & moderatum habeat exercitum, virtutemque obtemperanti haud minus, quam regiam existimanti, indigere generosa indole, & educatione philosophica, quæ præsertim mansuetudine temperet vehementiam iracundiamque animi, cum alii multi casus perhibent, tum ea, quæ post Neronis obitum, sub Galba, Othone, & Vitellio Romanis acciderunt. *Idem in Galba.*

18 Duce dignam mortem, ut ait Theophrastus, dux optere debet, non levisalicujus armigeri. *In Sertorio.*

19 Dux si temere pericula adeat, non sui ipsius, sed eorum omnium, quorum salus ab ipso pendet, curam abjecisse censetur. *In Pelopida.*

20 Duci cauta potius consilia cum ratione, quam prospera ex casu placent: satis cito incipi victoriam ratus, ubi provium esse, ne vincatur. *Tacit. hist. l. 2.*

21 Nullum in pugna trepidatione constantis ducis, aut fortissimi militis officium omittit: occurrit paventibus, retinet cedentes: ubi plurimus labor, unde aliqua spes, consilio, H manu; voce insignis hosti, conspicuus suis. *Idem l. 3.*

22 Penuria aquæ, servida æstas, longinqua itinera, sola ducis patientia mitigantur, eodem plura quam gregario militetolerante. *Idem l. 4. Annal.*

23 In pugna alios pudore, & probris, multos laude, & horratu, omnes spe, promissisque accendit. *Idem l. 3. hist.*

24 Discordes animis, discretos viribus, hostium exercitus aggreditur, antequam ducibus auctoritas, militi obsequium, & cunctis legionibus fiducia redeat. *Idem eod. l. 24.*

25 Dux ignavus inutili commendatione agendi tempora consulando consumit. *Eodem lib.*

26 Egregii ducis est non solum præsentia rectè agere, sed & futura prospicere. *Plut. in comp. Pericly, & Fabii Max.*

27 Bello res ab eo prosperè partim consilio, partim audacia celeritate, tum alacri amicorum ministerio, & confidentia in periculis, opportuorumque consiliorum usu gerit. *In Paulo Emilio.*

28 Pra-

28 Praecipuum praefari ducis est officium, ut qua parte A prevalet, ea hostem ad praefigum committendum cogat: qua infirmior, ea covenit non confilgere cogatur. In compar. Aegesthai, & Pompei.

29 Ipse supra omnes homines voluptatum est contemptor, adeo ut nunquam ullis libidinum illecebris a recto, & honesto abducatur. Xenoph. lib. 6. b. Graec.

30 Si quis dux pro se cautus est, & captata occasione hostem opportunè invadit, is plerunq; fit voti compos. Thucyd. libro 2.

31 Prudentis Imperatoris officium est, non malè audire a pud alios, sed temerè se in discrimen mittere, ac quæ tuta sunt dimittere, turpe existimat. Plut. in Cleone.

32 Imperatoris est à tergo magis, quàm à fronte prospicere. Idem in Severo.

33 Optimi ducis officium existimandum est, posse non solum vincendi, verum etiam cedendi tempora perspicere. Polyd. lib. 3. b. i.

34 Errat, qui quis opinatur aliquid magis proprium optimi ducis officium esse, quàm consilia, & ingenium hostis intelligere. Idem lib. 3.

B 35 Inter hostes discordiarum ferere causas, sapientis est ducis. Veget. lib. 3. c. 10.

36 Leo himulorum dux ad bellum gerendum aptus esse non potest. Dion. in M. Ant. Philof.

37 Quales fuerint praefici, seu belli duces, tales etiam, qui sunt sub ipsis sepius evadunt. Xenoph. de insit. Cyri, lib. 8.

38 Res ad veritatem docum auctoritatem minuunt. Caesar lib. 7. de bel. Gal.

39 Felicitas rerum gestarum exercituum benevolentiam Imperatoribus, & res ad veritatem odium conciliant. Idem lib. 2. de bello civili.

40 Qui dextris, & propioribus compendiis eunt, obvio hosti, & actem auro plus cladis faciunt. Tac. lib. 12. Annales.

41 Severi, & legum, iustique servatissimi Imperatores amicitias faciles autem, & numeribus inhiantes hostibus sunt periculis. Horum castra lata quidem sunt, sed parere necia: illorum tristitia, sed motigera, & ad omnia parata. Appian. de bello Hisp.

42 Qui summæ rerum praeficiuntur, ut se gesserint, vel ignominiam, vel laudem perpetuò referunt. Procop. de bello Got. lib. 1.

C 43 Est hæc in magnis cladibus præcipuæ fortunæ injuria, ut duces ipsos de medio tollat. Paul. 5.

44 Liberalitas, & humanitas erga inferiores præclarum ducibus viaticum est ad victorias, & triumphos. Nicephorus Gregoras lib. 6. b. i.

45 Fit non raro, ut duces proponant temerarias sententias, vel quod videant audientiores, vel quod magnitudinem rei, quam aggrediuntur, non intelligant. Inest autem in utroque temeritas, & inconstantia. Phil. Comineus lib. 3.

46 Studium contradiendi morbus est, ducum omnium maximè peculiaris: ii enim plerique vera, aut verò proxima suadendo, æmulorum auctoritatem comminuere, atque obscurare nituntur. P. Jovius b. i. l. 1.

47 Nihil imprudentius Imperatores faciunt, quàm quod vocibus quibusdam inaniter emissis se ita obstrictos esse arbitrantur, ut facta verbis exæquanda censent. Fr. Guicciard. lib. 15. b. i. f. o. r.

48 Sapientium Imperatorum est, quàm sæpe in bellis exituum varietate consilia sunt immutanda, pendendo, apparatus ab initio, quoad fieri potest, ad omnes casus, consilia D que accommodare. Idem lib. 1. 4.

Addatur prioribus Vegetii monitum, qui ita scribit: Dux belli callidior sit, quàm audacior, ut hostem per insidias perdat sine suo periculo. Pete plerique ex ex Tir. Judicia bellica. Ducem elegantem schemata exhibet Lucan. g. dum ita eum loquentem adducit:

O quibus una salus placuit mea signa secutis
Indomita cervicis mori, componite mentes
Ad magnum virtutis opus, summoque labores, &c.
... primus arenas
Ingradiar, primique gradus in pulvere ponam.
Me calor æthereus feriat, mihi plena veneno
Occurrat serpens, & atoque pericula vestra
Prætentata meo: fiat, quicunque bibentem
Viderit, aut umbras nemorum quicunque petentem
Æstuet, aut equitem peditem præcedere turmas
Deficiat: si quo fuerit discrimine votum
Dux, an miles eam.

Et infra.

Ipse manu sua pila gerens præcedit, anbeli
Militis hora potes, monstrat tolerare labores,
Non jubet, & nulla vehitur cervicis supinus.
Carpentique sedens somni parvissimus ipse est.
Ultimus haustus aquæ: cum tandem fonte repleto
Indiga cogatur latices potare juventus
Stat, dum lixa bibat.

Et infra.

Cogit tantos tolerare labores.
Summa ducis virtus, qui nuda fufus arena
Excubat, atque omni fortunam provocat hora.
De eodem Claud. 4. Hon.

nec desine tales

Nate sequi: si bella tonant: prius agmina duris
Exerce studiis, & sero præstare Marti.
Non brume requies, non hybernacula segnes
Enevrent torpore manus.

1 Porro apud alios Scriptores alias quoque Imper. five Ducis bellicis conditiones, ut munus, & personam suæ debite, & ex honore deferat, reperire est. Congerat plerique Onofander, & Leo Imp. ad Filium in Strateg. & Tacticorum lib. Et quidem hic Cap. 1. Mandamus, inquit, ut Imper. sit corpore continens, visu temperans, sobrius, vigilans, frugi, & in rebus necessariis minime profusus, in laboriosis negotiis assiduus, circumspectus, & prudens, pecunie despicens, fame circumdatione honestus, neque juvenis, neque ætate ingravescentis, habilis ad dicendum ex tempore in media frequentia hominum, liberorum, si usus ferat, parens, non ad mercaturam faciendam, aut ad hujusmodi lucrum intentus, non parvianimus, & minutus res expectens, denique generoso tum animo tum corpore, quoad ejus fieri potest, & in omnibus magno animo.

2 Continentem esse Imperatorem oportet, ne voluptatibus nimis diffuens, rerum necessarium curat, ac provisionem abiciat.

3 Temperantem verò, quoniam tale imperium suscepturus est. Intemperantes enim, & libidinosi animi petitiones, quando vires ceperint, propter quicquid libet agendi licentiam, in omnes cupiditates insanant ruunt.

4 Sobrium autem, & vigilantem, ut in maximo acierum apparatu animo quasi excubat. Noctè enim quoniam animo maximè requiescit. Imperatoris sæpe sententia versando mutatur, sæpe cogitando confirmatur.

5 Frugi, & in usus necessarius non nimis profusus. Sumptuosus enim, & ingentes famularum, tempus ut inaniter trahatur, faciunt, & quod ad necessarias expeditionum expensas conferendum fuit, ad delicias, luxumque præfectorum absumunt.

6 Industrium autem, ut ne primus militum otium sectetur, sed exemplum potius fiat ad labores alacriter suscipiendos.

7 Circumspectum, & prudentem. Solertem enim oportet esse Imperatorem, in omnes partes cogitationem animi quadam celeritate versantem: perturbationes animi inopinatè cum incidunt, consensum præstentis auxilii excogitationem requirunt.

8 Pecunie despicentem. Etenim pecunie desipientia in Imperatore cernitur, quando abstinent, & magnificè rebus gerendis præest, & honores bellicos virtutis mercedem suam proponit. Multi enim animo forti sunt, & corpore adversus hostes robusto: sed quando in aurum intuentur, mentem occæcatam cupiditate, atque obscurotatem habent: gravia enim arma sunt hæc pecuniarum cupiditates, & ad oppugnandos, atque vertendos homines efficacia.

9 Neque juvenem, neque ætate ingravescentem: quoniam juvenis propter ætatem inconstantem, & flexibilem habet mentem: Senex autem imbecillo est corpore, & nullus ex illis penè firmus existit: & ille quidem, ut ne propter inconsideratam temeritatem quasi audax labatur, hic verò ne propter naturalem imbecillitatem corporis, quæ facta opus sunt prætermittere cogatur. Optima igitur electio est constantis, & mediæ ætatis non juvenis, aut ætatis ingravescentis.

10 Etenim vis, & robur est in eo, qui nondum consensit, prudentia autem, & stabilitas in eo, qui ex adolescentia excessit. Namque, qui robur corporis sine prudentia animi admittantur, vel contra animum prudentem absque corporis viribus extollunt, ad nullum bonum exitum perveniunt. Prudentia enim si viribus deficiatur: nihil pulchrum, vires verò prudentia destituta, nihil profus efficiunt.

11 Chatum, subiectis suis Imperatorem longè nobiliorem A scimus esse, hoc magnopere subiectis adjuvamento est. Quem homines diligunt, illi imperanti facile obtemperant, dicenti, & pacificenti non resistunt, periclitanti foveunt. Tanta res est amor, ut pro eo, quem chatum quis habet, vitam profundat.

12 Patet liberorum antependendus est effeto, atque orbo. Neque verò orbem liberis repudiamus si bonus sit. Nam qui liberos habet Imperator, si infantes fuerint, longè ardentior propter liberorum amorem ad studium rerum agendarum suscipiendum erit. Si verò constanti jam, & matura ætate fuerint, consiliarios, & laboris imperatoris participes, & fideles ad ministrum, res pro communi salute susceptas promovebunt. Itaque hæc de causa pater orbo videtur antependendus.

13 Ad dicendum, & petorandum habilem; puto enim hoc maximè exercitum adjuvare. Nam instructum ad pugnam exercitum Imperator exhortatione sua ad periculum, mortisque contentionem, & ad rerum honestarum suaviumque studium adducet. Tuba enim in auribus hominum personans, non tantum animos nostros ad motus bellicos excitat, quantum oratio sapientia quadam adjuncta ad virtutem vocat, & paratos B ad dimicandum auditores facit, & ad pericula suscipienda animos impellit.

14 Si verò ulla in exercitu contingat offensio, aliqua tum illos et cohortatio permulcet, & longè utilior est Imperatoris oratio, ad res afflictas exercitus solandas, quàm medici vulnera curantes: illi enim faciosivos dies, ac tempore tandem forsæ sanant, hic autem confecti festos, ac lassatos alacrioris facit, & ad omnem animi magnitudinem, præstantiamque fati robustos.

15 Nobilem, & celebrem virum diximus esse oportere, quia tempore hæsit animo, & exercitum vulgus, cum obscuris viris, atque ignobilibus subiectum est in nemo enim lubens patitur eum Imperatorem eligi, quem deteriori seipso putat.

16 Per necessarium sanè videtur, ut Imperator designatus si has, quas nuper commemoravi, virtutes imperatorias habeat nobilitatem sit: talis enim virtus obscurum diu hominem manere non sinit.

17 Dicitur autem non divitem quidem, nisi virtutes imperatorias habeat, pecuniarum causa Imperatorem designari debere: nec pauperem contra si bonus fuerit, paupertatis, ac tenuitatis causa repellendum. Nec verò divitem divitiarum gratia repellimus, sed si virtutes Imperator dignus non habeat: nec pauperem quia pauper est, designamus, sed quia fortem, atque imperatorium habeat animum. Neutrum propter fortunam redipiendum, sed utroque propter mores adificimus.

18 Dives bonus tantum præstat generoso pauperi, quantum autem, atque argentea arma feris, ferreisque anteceditur: hæc enim in bello aequè efficacia sunt, illa verò præter efficacitatem etiam ornamentum adferunt.

19 Pauperem generosum voco, qui munerum abstinentes est, & minime quæ questuosus: quoque utrumque abstinens est, & minime quæ questuosus: utrumque enim virum, ne si distitimus quidem fuerit, utilis est, Imperatorem eligi.

20 Immo verò neque parum aliquem, aut fordium, ad rem faciendam venialium, aut aliquem ejus generis molientem: necesse est enim tales periculosos esse, & ad aviditatem pecuniarum inexplibiles, & ad cumulandas opes nimium intentos, & ad honestis actionibus longè abhorrentes.

21 Si claris, & nobilibus majoribus fuerit, aliquam hoc commendationem habeat. Hanc tamen generis nobilitatem, si ab D sit, non admodum requiremus, neque tantummodo propter hanc unam, si aliàs laudabiliter artem imperatoriam teneat, dignus hoc manere habeatur.

22 Quemadmodum enim animantia omnia ex moribus illorum, & actionibus exquirimus utrum generosa, an inertia sint, sic & hominum nobilitatem non ex majorum laude, sed ex suis ipsorum actionibus, & rebus gestis æstimare oportet. Iniquum enim, atque indignum est, humiles, atque obscuros quoque milites sua ipsorum virtute, ac militari laude, & non majorum splendore enobilitari: Imperatores autem propter majorum suorum præclara facta eligi, cum ipsi imperiti, atque inertes sint.

23 Neque verò illos, qui cum obscuro loco nati sunt, tamen sua ipsorum nimis vendant. Nam si virtuti suæ majorum quoque splendore accedat, fortunatus Imperator est: sin virtus abfuerit, ne hæc quidem illum clarum efficiunt.

24 Fortassis autem existimare quis possit, meliores futuros Imperatores, qui nulla majorum suorum laude commendantur: nam qui majorum factis clarifunt, & illorum gloria illustres sunt, sæpe negligentiores, & remissiores sunt: qui au-

tem nihil à majoribus acceperunt, isti majorum obscuritatem, sua virtute illustrant, & ad res alacrioris suscipiendas omni animi contentione impelluntur. Et quemadmodum, qui haud magna cum re sunt, ad vitæ cultum, & affluentiam rerum comparandam diligentius contendunt, sic quibus nulla à majoribus gloria relicta est, iidem sua ipsorum virtute strenui esse laborant.

25 Iis de causis eligatur Imp. bonus, nobilis, dives: non repellatur autem pauper, si cum virtute sit, quanquam claris, ac illustribus majoribus ortus non sit.

26 Ad summam autem dicere oportet, Imperatorem, si fieri potest, corpore gratiofo, robusto, & laborioso, mente autem celeri, ac strenua, honoris expectentem, promptum, periculum despicentem, & rerum divinarum, veraque religionis sanctissimum cultorem esse debere.

27 In voluptatibus corporis temperantem, consilio, & laude verà in rebus honestis suscipiendis inexplibilem, atque infatigabilem.

28 Ad perspicendum in dubiis rebus quid maximè opus factio sit, acrem, & solertem.

29 Exiis, quæ in promptu sunt, ad res abstrusas conciliandas felicem.

30 Ad jacentes militum animos oratione excitandos, & in spem bonam adducendos habilem, & ad periculum suscipiendum paratos efficiantem.

31 In instruendo, & armando, & orando exercitum peritum.

32 Eorum, quæ constituta, & decreta sunt, constantissimum cultorem.

33 In sermone certum, ne ab astutis, & disertis viris, quæ illi ad deteriorem partem applicabunt, capiatur.

34 In pecunia consumendam ad consequendas sibi voluptates parcissimum, ac frugalissimum: ad consensionem vicinorum, & præcipue in sumptibus pro Republica faciendis, largum, & liberalem.

35 Is igitur Imp. designatus, qualem oratio nostra descripsit natura, moribus, & institutis ubi jam præest, benignus, affabilis, promptus, facillique sit.

36 Nec verò tam clemens, & mitis sit, ut contemtarum, ne propter negligentiam exercitum, & omnem sub imperio suo subsistentem corruptam plebem, nec contra propter timorem ab amore sui alienet.

37 Reliqua quæcumque oportet cum in quocunq; iudicandis, & singulis rerum administrationibus suscipere, quæ, quæ propter longitudo in angustum contraximus, sed ea in ipso quasi salo orationis nostræ de re militari habitæ, scorum quantum possumus, repetemus.

38 Talis si sit, & permaneat, qui à regno nostro Imp. eligitur, speramus, eum Dei bonitatem, nostram benevolentiam, & Republicæ salutem, & magnam apud omnes universitatem, & vitæ tranquillitatem in Christo Deo solo existitatis perenni, & sempiterno Regi comparaturum. Itaque ad hunc modum Imperatoris forma descripta, æge quasi ante oculos regni nostri, conspectumque ponamus, & hac sequenti nostra exhortatione, quæ in militari, atque Imperatoria arte maximè necessaria, idoneaque sunt, explicemus.

39 Principio igitur ante omnia, o Imperator tibi hanc cohortationem, & præceptum trado, ut pietatem, & iustitiam colas, & assidue ante oculos Deum habeas, illum reverearis, omnique corde, & mente tua illum diligas, & secundum illum nos, & illum imperata facias, & illius benevolentiam inde acquiras, ut (audacter sanè videbor loqui) iugiter centibus temporibus quasi amico Deo omnium dominatore fretus, cum fiducia illum depreceris, & spem salutis in illo ponens amice ab illo quidvis conteras: Fidelissimus est enim, qui dixit: Voluntatem timentium eum facies, preces eorum audiet, & servabit eos.

40 Certo enim scias, absque divina benevolentia, quantum magna prudentia esse videaris, te quod cupis minime præstiturum, neque hostes quamvis imbelles superaturum: quia omnia divina providentia continentur, & que minutissima sunt, illius tamen providentia administrantur.

41 Quemadmodum enim gubernator navis, quantum valde peritus sit, si venti minus secundi fuerint, artem habet penè inanem, sin ventum nactus fuerit, & artem suam quoque adjuverit, celeritatem cursus feliciter duplicat: sic Imp. bonus, si benevolentiam Dei collegit, copias suas, munusque Imperatorum cum vigilantia, industria bene administrabit: & commendatum sibi exercitum sine ostensioneget, & magnitudine sapientie suæ hostes oppugnabit. Dei enim providentia omnia

omnia partim ad utilitatem docebit, partim ad bonum exitum A traducet. Hic igitur fide religiosus, in rebus agendis iustus, quasi fundamentum bono, & stabili factio, reliqua bona extruet.

42 Mitis, ac sedatus fias adversus eos, qui te conveniunt: offerati enim mores odiosos, atque intolerabiles sunt.

43 In vita, vestitusque cultu simplex fias, & frugalis: luxus erit in necessariis sumptus ad nihilum exhaurit.

44 Vigilanter, & industriè, non negligenter, aut solute negotia suscipere: diligentia enim, & assiduitas res asperas, & molestas facile conficit: qui autem in re agenda negligens est, ab ipsa re neglectus erit.

45 In rebus magnis, & necessariis nihil facias sine consilio: fin serius consilium ceperis, quod consultum est sine ulla dilatione, aut hesitatione perficias, quemadmodum in agritudinibus medici faciunt.

46 Subiectis tuis te in omnibus æquum exhibeas: nihil ultra cum iniquitate, aut studio peritum, quam personarum acceptatione vocant, facias, sed fecundum iustitiæ naturam æquos, & bono omnia pertrahes.

47 Neco dissolutus, aut negligens sis in vindicandis flagitiis ad negligentiam aut improbatam oris, ut modestus videaris esse: neque enim modestus est in rebus potissimum necessarius, improbatum aut nequitiam aliquid concedere, nec contra ad severitatem ostentationem temeraria, & iudicia causa supplicium de aliquo sumere: illud enim contemptum, atque contumaciam parit, hoc autem iustum odium, & fructus eo dignos. Per bona autem res est timor cum iustitia: & post crimen propositum iusta animadversio, non cum supplicium, sed castigatio quadam ad sapientibus nominatur.

48 In primis ad bellum armatus hoc cogita, bellum esse iustum, quod succiperis: nec violentas, aut iniustas manus hostibus afferas, nisi priores illi propter conductam illorum impetitionem expeditionem facientes nostram ditionem invadant.

49 Nam, cum nos semper pacem, tum erga subiectos, tum erga externos propter Christum universitatis Regem Deum complectamur, si gentes fuis inclusas finibus contentæ sint, nullamque injuriam inferre studeant, tum tu manus ab illis abstinere, nec sanguine intestino, aut externo terram polluas: que enim tu illis exprobraveris, quod hominibus innocentibus, & nullam injuriam inferentibus manus attulerunt, eadem illa ipsi, si nihil ad verum regni nostri subiectos paritarint, sed pacati fuerint, tibi inferenti bellum exprobrabunt. Par est enim nos, qui cum omnibus hominibus quantum in nobis est pacem facimus, cum iis, qui tranquillè esse volent, & nullam injuriam nobis nec subiectis nostris inferre conantur (quia pacem ceteris rebus omnibus anteponimus) pacem constituit, & a bello abstinere.

50 Sin immodeste hostes, & injuriarum auctores fuerint, nostram populantes terram, tum cum iusta defendendi causa nobis proponitur, & injuriam bellum ab adversariis inferunt, confidenter, & animosè suscipere bellum contra eos hujus iustitiæ auctores, & violentas manus subiectis nostris afferentes: bonum tum habe animam, & adiutorem iustum habebis Deum, & pro fratibus tuis pericula subiens omnino splendendam victoriam habebis. Itaq; hoc dignitatem tuam Imperatoriam præcæm, ut diligenter confideres causam belli, & ex iustis initiis bellum moveto, & contra nefarios homines aciem tuam, teque armato.

51 Omnino igitur in omnibus te ipsum subiectis tuis meliorem demonstrare contendas, & fide in Deum, pietate, ac religione virtutibus eximium. Nam ad principum virorum cogitationes solæ te subiectorum multitudo accommodare, ut iuxta veteris proverbium, non cervi leonibus imperent, sed leones cervis.

52 Hæc tibi, Imperator, paucis uno sub aspectu regii nostri instituti præcepta conclusimus, quæ hæc nostra brevitate institutio fufus dilatari non potuit, c. 2. *Tallicorum. Ex nuperæ editione Joannis Muerlii Batavi.*

Haud aliter differit de eodem argumento Olinander, et qualem esse conveniat Imperatorem, sequenti narratione demonstrat.

Elligendum, inquit, Imperatorem censeo, non certa quadam gente, familiave oriundum, ut sacerdotem, nec amplis facultatibus locupletem, ut gymnasiarcham, sed castum, temperantem sobrium, frugi, laboriosum, intelligentem, minimè avarum, nec juniorem, nec item seniore, & si forte contigerit, filiorum patrem, dicendum peritum, ac demum gloria illustrem.

1 Castum quem esse opto, ne voluptariis distractus hinc inde cupiditatis rerum curam insuper habeat maximarum.

2 Temperamentum verò, siquidem pènes eum imperii summa est. Nam imperantis animi motus semel admitti, liberat E mentes subigunt, & impotentes feruntur in libidines.

3 Sobrius, five fœcundus: ut in arduis negotiis parandis, putandisque pervigilet. Notum enim quasi silente, & quiescente animo, multa ducis cogitatio molitur, ac perficit.

4 Frugi vero: Facultates enim exhaurit, & excæcæcæ prodiga familiarum ministeria, & immodesti, ac intemptivi sumptus in Ducum luxuriam, atque delicias.

5 Laboriosum: ut non primus à militia deficiat, sed postremus.

6 Intelligentem: Nam acutum, & perspicacem Imperatorem esse decet, & ingenii celeritate multa simul agitante velocem. Cogitatio enim instat volatus, apud Homerum. Et sapienter inopinati tumultus ingruentes, tumultuariam quoque utilis consilii rationem expedite cogit.

7 In primis verò probabitur minimè Avarus. Incorrupte enim, & magnificè præesse, ea demum vera auctoritas, & summa auctoritas est. Et perique viri fortes, umbonum, hastarumque micantium stricturas oculis contra spectant irretitoris, atramentum auri, numorumque fulgorem non sufficunt, mentisque aciem hebescere patiuntur. Terribilia hostibus illa arma, nec parum ad victoriam efficaciam.

8 Neque juniorem, neque item seniore: Nam ille fide minus idoneus, istius vires parum firmæ, neuter securitatem præstare potest. Et enim adhuc adolescentior, temerario, & feroci impetu rem deperdet: At jam defæctæ ætatis senex naturalis infirmitas vitio derelinquit. Optima igitur temperata, ac intermedia cuiusdam rationis electio: quia & robur incitæcæ juniori, & prudentia juveni seniori. Qui verò aut corporis vires absque ingenii consilio, aut consilium absque viribus probant, falluntur, nec hilum proficiunt. Nimirum omnia prudentia nihil sapienti calliditate consulitur, viribus deficientibus nihil rectè consultum perficitur. Nec parum quidem erit prædicii electio Duce vulgi commendatione probato. Quem enim homines spontanea voluntatum inclinatione cordi habent, ejus facillimè imperio parent, dicto audiunt, periculis subveniunt, decerantemque protegent.

9 Bonum Ducem patrem esse malui, quam illiberem aut improlem. Hic tamen hic cætera probus sit, non repudiandus. Et si forte parvuli filii sint, eos veluti potentissimas amoris illecebras, idoneos animi sui obfides Republicæ relinquit. Hic quoque ut asperis, acerbisque asylis, & astris ad bellum pater incitabitur. Si verò jam adultæ sint ætatis, consultores, ducesque, ac fideissimi secretarum cogitationum arbitri fient, reique publicæ statum obfirmabunt.

10 Dicendum peritum: Hinc enim maxima, præcipueque in exercitum commoda derivari puto. Si quidem Imperatoris vehementer concione erecti, excitati in proximam milites ardua quaque, & formidolosa despicunt, & propositam in laudem victoriamque acriter decertando conspirant. Nec ita auribus percepti tubarum clangores animos ad pugnam acunt, aut irritant, ut hortatrix ad virtutem, & gloriam oratio, intrepidæ expeditæ aciei mentes ad opposita pericula erigit, stabilitque: immò & metu contentis, neque jacentes læpè constanti roborat allocutione. Unde efficit Imperatoris eloquentia, exercitus strages generosè solari, ac leniri doctæ utilior molis est longo vulnerariorum medicotum agmine: hinc enim solis remediis medicina vulneribus paratur: illinc defessis milites viribus novis reparantur, fortes ad ita etiam virtute magis animantur, & quemadmodum latentium morborum sanatio difficilior, H conspicuorum faciliior: sic etiam longe majoris prudentie est, cæca pernicie deficientes, fugientesque animos ab interitu revocare, quam corporis ægritudinem plerunque liquidò manifestam sanare. Nulla igitur Republica aut exercitum sine Imperatore, aut Imperatore absque eloquentia nitat.

11 Illustrem denique, & generosum. Ignobilis enim ducis principatum agrè ferre populus solet, & vix est, ut illius imperio, ditionive subiciat velit. Quocirca necesse est, qui præclaras omnes, quas enumeravi, ingenii dotes complexus sit, etiam esse illustrem, ac virtute nobilem. Sed nec divitem tamen, ut in vita vitiosa electio fit, pecuniarum habita ratione: nec item pauperem, ut inopia pressus, fese excusare possit, nec divitem quidem, neque pauperem, fed tamen & divitem, & pauperem: neuter verò forsitione probandus, sed delectu considerato didicimus: Dives enim virtute præditus tantum ab generoso paupere differit, quantum argentea, aureæque arma, ab ærei, sferreisque dispersata sunt. Illa enim ornamento quoque abundè exasperant, hæc verò sola utilitate, ac necessitate, cum

illis certant. Quæstuaris item artes minimè exerceat. Eiusque conditionis homines licet ditissimos vis unquam duces eligendos censeam. Numularios dico, arulatores, mercatores, aut his similia commercia pertractantes. Eos enim demisso, abjectoque esse animo necesse est, vis tantummodo lucelli utilitate captos, & cumulandis opibus stolidia avaritia desipientes, nec ulla unquam præclara reipublicæ tributa opera, aut majorum meritis nobilitates, nam & gentilem quoque five majorum, virtutem amare licet præsentem, nefas quætere absentem, aut hujus tam gratia, & favore dignos imperio aliquos existimare. Ut autem animalia, quorum strenua opera est, generosa dicimus, sic generosi homines ex sua, propriaque, non aliena, aut ascititia virtute, judicandi. Amentis enim est, quid præclare à majoribus gestum sit, inspicere, nec quid ipsimet eligendi potuerunt, expendere. Quasi verò, qui olim ante nos vixerunt, ubique, remque publicam nobis servare valeant incolentem, maneantque eadem illa nunc, qui pridem exiterent. Nonne verò absurdum illud videbitur, milites honorariis præmiis decorare, non proavorum splendoribus claros, sed audaci facinore vultuosissimos: Duces tamen inspecta majorum quantumvis illustrium gloria eligere, non verò propria ipsorum virtute, & licet gentilitia cæcant. Hæc certe si ad sit, beatum prædico Imp. ac illa si desit, ignavum, inertemque judico. Nec male forsitan speravit aliquis Duces præstantiores futuros, si avorum magna sonare nomina nequeant. Illi namque parentum virtutibus celebres, etsi degenerent, famæ nihilominus, ac memorie perennitatem æternum mansuram existimant, ideoque permulsi in negotiis supino animo desidio jacent. Secus, qui nullum sibi generis arripunt gloriam. Humilem enim ortum, ut iuste industria honestissimum reddam. Humilem enim ortum, sed iuste industria honestissimum reddam. Multis susceptis, aditque periculis plenior omnium ore laudari discipiunt. Atque ut ii, quibus paupertine, tenuisque sunt reclusæ, parandis, augendi que vitæ præditiis, ac fortunæ damnis facientibus promptiores divitiis esse solent: ac pari quoque ratione, qui nullis hæreditariis honoribus cernere possunt, peculiari, propriaque virtute gloriam, laudemque magnopere sibi afferere, ac vindicare conantur. *Strategici.*

Extant quoque de boni Ducis, ac Imp. virtutibus, & qualitate Monastica nonnulla, quæ hinc ad calcem adiciere visum fuit.

Alia si Ducum res cindis, segnes sunt in posterum.

Aerius timor turbat is, ipse quàm Dux imperat.

Ad genus non respicit dux militis, virtus præit.

Ad provinciam occupandam sanctitas jurat Ducis, Agricoleque militisque cura summa sit Ducis.

Annulus ludantium, d Dux, vince non vi, sed dolo.

Æquè ad adversa, ac secunda se bonus Dux præparat.

Æquè quàm bellum timenda conventia est Ducis.

Æquo sustor suspecta iure est equitas Ducis.

Ætatis etiam vigore per placet Dux militi.

Anteposit Dux salutem militum timoribus.

Antiqui est ducis tractare non ferum modò, at solum.

A periculo procul, Ducem agere non est arduum.

Arduum sibi, legatis Dux permittit cætera.

A suis princeps amotus, Dux timeatur à suis.

Auferunt sordes quibusque fessit omnium gratiam.

Bella iusta Dux Diisque suscipit voluntibus.

Civem unum servare malis, mille quàm hostes perdere.

Cladibus ducis in amplis ipsi tunc ferè cadunt.

Colloquia simulata plures perant, quam pugna Duces.

Copie absque ductore, annon corpus absque spiritu.

Copie sine imperante, corpus absque spiritu.

Consilio jurat Dux, miles sed manu victoriam.

Cui res hostium sunt nota maxime, est dux optimus.

Cuncta congeruntur ad victoris opes capto duce.

Deditus est uod cum amica ire Imperatorum in via.

Didio juris Castrensibus prorsus est obfusor.

Diligenti baud quit dux avarus: quisque querit prodigum.

Diligenti requit dux parcus: quisque querit prodigum.

Divitem inter, pauperemque si strategus est, placet.

Dux alia omnia militi largitur, cui baud pecunia est.

Dux alii minoram mandat, sibi sumit validissimum.

Dux avarus sepe belli causam triftis extitit.

Dux avarus, sepe causam triftis bello præbit.

Dux avarus, fordidusque exercitui contemnitur.

Dux bonus dolet iacturam militis cuiuslibet.

Dux bonus non est, nisi omne non est id quod milites.

Dux bonus non tantum à fronte, verum à tergo prospicit.

Dux bonus plus consilio, quàm militum viperscit.

Dux bonus plus fert laborum, quàm miles gregarius.

Dux bonus fortis secunda vultum in adversis gerit.

Dux bonus transfert in hostem quidquid omnis mali est.

Dux alicrum, notumque norit differentia.

Dux ducem finoris, ejus penè jam victoria est.

Dux egeus, aquile senescens par, nec alam, unguesve habet.

Dux frangi vino contentus est, quo utuntur remiges.

Dux fugientium ultimus sit, miles ubi in tuto est suus.

Dux debet laboranti succurrere parti cum nova manu.

Dux minus pericula belli, iussa quàm Regis timet.

Dux nihil miles bello est, omne Martis alea est.

Dux quo plura è pugna vulnera effert, hoc est clarior.

Dux rapax ferè sui omnem militis prædam occupat.

Dux sciat conversiones Solis, Astra dux sciat.

Dux sciat quidem omnia, ac non exequatur omnia.

Dux sciens mali, bonique, semper est interitus.

Dux secundo Marte gestum quidquid est, ducit suum.

Dux suorum ingenia navis, norit, s; ingenia hostium.

Dux ubi se baud continet, nec continet se exercitus.

Dux vias, locosque norit, ad que pergit cum suis.

Dux ut est perinde intentus miles, aut licentior.

Egredi quoque insolentur prosperi rebus duces.

Est ducis cuiusque vincere, imperare idoneus est.

Eventu primorè gignas aut motum, aut fiduciam.

Exemplo ducis laborem quemvis miles sequitur.

Exitum splendorem vita quis dux dignum habet sua?

Exultatione, vulgus multat optimos duces.

Falsa fortis gloriæ assignatio miles ducis.

Ferre Dux queat laborem, ferre dux queat gelu.

Flagitium suum ipsi miles sepius dux impurat.

Haud magis fortuna momenti Imperatori est bono.

Haud fidas duci, qui nunquam in bello rem gessit malè.

Hoc mage audiens diso est, quo plus habet miles ducem.

Hostem ubi baud contempseris, ducem audias equalius.

Hostium cognosce res, sed sic, tuas ut neficias.

Hostium dux captus præcipua est fides victorie.

Hostium novis delictis mitior panitentia est.

Hostium qui dux conatus dissimulat, eos alit.

Imperatorem in via cum amica una ire baud convenit.

Imperator quando pugnat, nominis immerito sui est.

Imperator si baud ætate sit senex, sit moribus.

Imperatorum honorum magna nunquam copia est.

Imperitus dux suis plus amon est, quàm ipsi hostibus.

Imperium magnam curam item magnam expetit.

Imputantur uni adversa, sibi omnes prospera vindicant.

In ducem bonum licere nil male foris scire.

In duces parum jace auri, militem inde spes trabes.

In ducis virtute multum est, plus in eloquentia.

In fuga primus, ultimam in pugna quere ultimum.

In fuga primus, ultimam in pugna invenis duces malum.

Integram dormire noctem, non duci boni est, mali est.

Integram dormire noctem plebis est: ducem baud decet.

Integram peccare non est bis duci in re bellica.

Invidia calumnique dux facit exteris viti.

Ipsi sepe dux alienæ temeritatis sit comes.

Lata vindicant sibi omnes, tristitia imputant duci.

Marte gestum quod secundo est, omne dux ducit suum.

Marte gestum quod sinistro est, militi dux imputat.

Martem init manu prior dux, punit ipsi sume ultimus.

Marte quod gestum secundo est, omne dux ducit suum.

Marte quod gestum sinistro, omne imputat dux militi.

Maximi dux est momenti milites quem diligunt.

Maximum telum Imperatori in bello est modestitas.

Militari animo sepe imperat, qui sine hoste dux probet?

Milite ebrio, sit saltem dux oportet sobrius.

Militis sui virtutem, qui sine hoste dux probet?

Milites sat exhortatur dux, stragem hostium ut facit.

Militi anisses necesse est imperare si cupis.

Militi inquis secundo nil agit dux alite.

Militis robur strategus nutrit encomis.

Multa auctoritas bellanti pro faciundia est duci.

Nec levi periculo bellant, nec gravi desunt duces.

Nec minor, majorque sit dux in triumpho publico.

Nec senex sit, juniorve, qui imperabit militi.

Ne manu dux pugnet, summe cum rei periculum est.

Nemini ferè bonus dux falsa, quæ vult, publicat.

Nil duci bono descendam est, sub decem tempora.

Nil magis ducem decet, quam cogitare pro omnibus.

Nil perversus, quam cæcus si dux est videt ibas.

Nil pompe, aut opinionati dux, qui vult vincere.

Non clarant ducem parentum gesta clara, sed sua.

A Non minus duci est superare consilio, quam prælis.
 Non parere duci veterans, imperare postulat.
 Non potest ignavus esse quem præsit dux strenuus.
 Non putaram, turpis est vox, sed duci turpissima est.
 Non putaram, vox duci bono omnium turpissima est.
 Non statim dux est vocandus, qui trahit bellum malus.
 Non ubi, Imperator pugnet, sed ubi vincat, despice.
 Næc sint duci duci, nisi sint Nobis vices.
 Næc omnia voluptas, sed duci vel maxime.
 Nullam habentibus statum dux quilibet est idoneus.
 Nullus magnus dux Iberis præter Viriatum fuit.
 Nunquam eris bonus dux, omnem nisi famam contempseris.
 Obsequia perente, etiam ducum omne imperium intercedit.
 Offerunt ducem se multi in castris, pauci milites.
 Omnes exsolvit pudore proditoris Dux fugax.
 Omnium tantus dux causas querit in eventum.
 Tar duci sit dux oportet, si cupit victoriam.
 Plurimi ducem nomenque ex hostium ferunt malis.
 Plus duci mors una damno est, quam strages exercitus.
 Plus duci nocet mors una, quam ruina exercitus.
B Plus in imperio repositum, quam duci in victoria est.
 Plus sapit dux, qui sapit de consilii sententia.
 Plus sapit dux, de senatus qui sapit sententia.
 Plus sibi indicit laboris dux bonus, quam militi.
 Prælio malo Imperator poscitur sæpe ad necem.
 Præter expectationem nil duci cauto accidit.
 Primus est fuga, ultimusque prælis ducor malus.
 Primus ipse obcas velle, quod inferiori injungere.
 Pro miraculo est, si genus dux est à victoria.
 Promptus procurrit miles, dux ubi is comes it pedes.
 Prospera, atque ambigua passus dux, dux est interritus.
 Providendo, et consultando sæpius profunt Duces.
 Possidet sapiens saluti dux populi dicitur.
 Pulchritas, quam semetipsum, miles dux divitet.
 Qua peccatis causa ibit postor, ibi dux pro gloria.
 Quando pugnat Imperator, immemor sit nominis.
 Quæritur primi ac magistri, cum mare undis horridum est.
 Quæ quæ placere cunctis, bellis in civibus.
 Quem bello opprimi desperat posse dux, dolo excipit.
 Qui desiderium relinquit dux, cum abii sui, est bonus.
 Quilibet dux est idoneus nullum habentibus statum.
C Quia non, que quaque præsit dux prudens, dux eloquens?
 Qui suos statim haud tæctur, cum potest, eos deserit.
 Quod navi gubernatores, hoc in castris suis ducet.
 Quod pulam fieri haud conducit, id est dux prudens patrat.
 Rarius duci permittit bellum legere tempora.
 Raro vivus hostis in sui manus Dux incidit.
 Raro vera: sicut semper est ducum clementia.
 Rebus ad per se duci haud facile obsequuntur milites.
 Rebus in malis potissima eminet virtus ducis.
 Resisti duci juvenis uni quam multis subest.
 Reddit dux rationem cladis, non reddi victoria.
 Re secunda dux modestus, re sinistra bilis dux placet.
 Respicit futura dux, dux respicit presentia.
 Rex Romana validior ipse ducibus est, quam exercitu.
 Rex in pace insignis, esse dux belli haud pravus potest.
 Rex in pace insignis, esse dux belli haud pravus potest.
 Sæpius fortuna, nunquam deserit virtus ducem.
 Sæpe non minus fortuna, quam ratio duci abfuit.
D Sæpe facit nomen honestum, turpe velat otium.

Sæpe ubi duces mutantur, esse nequeunt boni.
 Sæpe vires univere gentis, cum duce occidunt.
 Solva Roma, salva patria: saluus est Germanicus.
 Sæpe ducem valere mente: militi est opus manu.
 Securo decoris, nec est majestic, nec metus ducis.
 Servavit somnus Lucullum, qui alios perdidit ducem.
 Solis, ac Luna momenta quis dux non consideret?
 Si mutare vis rationem belli omnem, muta ducem.
 Sive pax sit, sive bellum, pæctio dux rusticis.
 Summa laus ducis, vel salvis vincere, vel benefid mori.
 Sunt divisa inter duces, exercitumque munia.
 Tam malam est duci timere, timere quam omnia.
 Turpe minus timere est hostes, quam ad sentare militi.
 Vatribus parere movult multitudo quam duci.
 Vincitur absque eade miles, aut canto, aut caeso duce.
 Vincit illico ducem, qui præmis facit suum.
 Umbra nulli longior sit à victoria duci.
 Univerforum pernicies in duci periculo est.
 Univerforum ruina est in duci periculo.
 Vox ducum observanda ubique militi pro numine.

* Dynastæ,

Qui.

Primum vox Dynastæ, à grecis sumpta pro potente: & attribuitur illi, qui obtinet aliquem principatum: ut sunt optimates, proceres, principes in regnis. Sic in actis Apostolorum, c. 8. ubi Latinus interpres de eunucho Candacis Aethiopia Regina dicit, vir potens est, Cræcè δυναστος, quasi potentia præditus, substantivè: & refertur ad sequentia, quæ declarant potentiam, nempe cum additur: Qui erat super omnes gazas ejus. A Latinis tamen hæc vox pro Rege usurpata, ut auctor est Strabo. Quin & Greci ita usurparunt, ita idem Strabo lib. 1. dixit, regiam persuasionem non oratione contineri, sed donis, & muneribus.

* Dyfenteria,

Dolor viscerum Latine.

Est alvi profusivum, adjunctam habens exulcerationem intestinorum, & arteriarum, quia extruditur egestio sanguinolenta, vel fellæ: si à fellæ nigra incipit, lethalis est, juxta Hippocratem in Aphorismis.
 Jæ laborasse dyfenteria, existimant Philippus Præbyter, & Beda propter verbum 14. c. 16. Effudit in terram viscera mea.
 Palestinos Arca sancta violatores, hoc morbo à Deo punctos, sentit Josephus l. 6. Antiq. c. 1. ita ut intestina etiam putredine corrupta excreverent. Quamvis alii malint fuisse anæcholomata, id est, tubera insanabilia. Videtur historia hujus rei l. 1. Reg. c. 5. & 6.
 Pater Publii in Act. Apost. c. 27. ad quem intravit Paulus, & sanitatem orando attulit, describitur dyfenteria vexatam jacuisse.
 Eodem morbo Ludovicus Francorum Rex, ejusque pater Philippus laborarunt, & eodem die curati fuerunt, de quo vide Tur. de Cruce, ejusque virrute.
 Dyfenteria mortui. **Q**uære in loco de morte.

